UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

De oppido Thursenreutano Idyllion Heroicum, in Junio Anni 1550. Thursenreuti scriptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

Visual Library

De oppido Thurſenreutano Idyllion Heroicum, in Junio Anni 1550. Thurſenreuti ſcriptum.

Inter ut eſt geminas Conſtantia pulchra paludes
Ingentes ſita, Conſtantino à Cæſare quondam
Condita: Rhenus ubi in Rhætorum montibus ortus
Acronium ſcindit medium, atque allabitur urbi
Inter utrumque ſitæ: Venetumque peragrat, & inde
Helvetios læva, dextra contingit Hegovos
(Regna Suëvorum) Montes: Ita Thurſonis ipſum
Exciſum nemus, eſt lacubus confine duobus:
Quos inter poſuere domos & mœnia priſci
Linigeræ Cereris Proceres. Nabus ortus in ipſis
Piniferi montis ſcopulis ſublimibus, Horum
Majorem ſe per medium leni agmine voluit:
Inde Palatinasque urbes poſtquam alluit, Iſtri
Velivoli tumidus ſocias excurrit in undas.
Atque ut numen habet clarum urbs Conſtantia, quod ſe
Perpetuum Lacus optat uterque & ſperat habere:
Sic nemus exciſum hoc longævi Thurſonis iſto
Tempore numen habet, quo non illuſtrius ullum
Ante Nariſcorum huic obſcuræ contigit oræ:
Scilicet Henricum Wezana è ſtirpe Rodolphum
Sacrarum legum, jurisque æquique peritum,
Conſiliisque gravem Doctorem. Quo Duce nunc ſe
Erigit in ſuperas iterum Waldſaſſion auras,
Floret &, à priſcis ut nunquam floruit annis.
DI faxint, ut numen id huic præluceat oræ
Immortale diu, vivat valeatque perenne!

Comparatio Conſtantienſis urbis & oppidi Thurſenreutenſis. Reut Germanis, latine exciſum eſt nemus. Comites à Liningen. Nabus fluvius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annus nuptiarum Dominæ Florentiæ à Weza in verſibus.

VVezanæ ſtIrpIs FLorentIa nVpsIt HeLIæ,
RabenſteInero qVI patre natVs erat:
ConIVgII ſerVator eIs fœLICIa Donet
SeCLa, Det & ſponsIs proſpera fata bonIs.

In Lauream coronam ſuam Bruſchius.

Si me non Pietas, Virtus, Doctrina coronant:
Ecquid proderit hæc nexa Corona mihi?
Quæ penes eximia præſtantes laude profecto
(Si deſint hæc) non unius aſſis erit.

Errata ita corrigenda.

Pag. 30. *Brabantiæ.* p. 31. *Pyrminium.* 37. *Hiſtriæ dominum.* p. 74. *Chriſtianus.* ibid. *Catalogum.* p. 114. *Xenodochia.* p. 164. lege. 160. p. 173. corrige, *num.* 1094. p. 268. *Præfuit.* p. 291. *ad Abbatiam.* p. 294. *Longitudine.* p. 299. *laudabiliter.* p. 320. *Dedicata eſt S. Triadi.* p. 351. *piè & ſanctè.* p. 352. *quas includit.* Ibid. *Monialium a. p.* p. 363. *honorifico.* p. 375. *Ita ut uno.* p. 376. *Nellingenſes.* p. 420. *Cataſtrophen.* p. 424. *Tyrannus.* p. 508. *levatam.* p. 510. *antiſtitis.* p. 514. *ligata.* p. 528. corrige, *num.* 1334. p. 530. in margine lege, *Seckhingen.* p. 531. *aliquot diſcipulis.* p. 568. *Hac ſere.* p. 573. dele, *mihi.* p. 583. *Ignotus eſt.* p. 593. *Arſit & in, &c.* p. 606. *Illic perpetua.* p. 608. *Cultor Apollineæ.* p. 609. *Cumq; hac.* ibid. *Patria grata.* ibid. *Orciq; barathrum.* p. 610. HENRICUS QUINTUS. ibid. *Præcipue.* p. 611. *Fecit & ominibus.* p. 613. *quæ montis biſidi.* p. 616. *Nec finit ille quidem.* Ibid. *dura pericla finit.* p. 617. *dolos, fraudes.* p. 620. *Illuſtrabit eum.* p. 623. *apud æternum patrem.* p. 624. *charisſime Blaſi.* p. 628. *Utenburra.* p. 629. *Regnante Carolo.* Ibid. *(quod abſit.)* p. 637. *acceſsit.* p. 639. *in Latiiq; libris.* p. 641. *conſtruens.* p. 643. *ex hoſte triumphos.* p. 644. *Et in Waldſeeh.* Ibid. *Cæſar & illi.* p. 649. *Conventum collocavit.* p. 657. *Inconſolatum.* p. 662. *Vexillumq;.* 663. *Contendendum.* p. 669. *Hazigæ ſundatricis.* Ibid. *Tumulus, ſub quo.* p. 673. *Valetudinarium.* p. 680. *Et ſua retia.* p. 682. *Non Juppiter ille.* p. 689. *Ignavaq; Viro.* p. 690. *Commemoro, tu me.* p. 692. *Monumenta Virorum.* p. 696. *Canonicus Baſilæa tuus.* p. 701. *Succedendi copia.* p. 702. *Mordacis linguæ.* p. 706. *nam Tibi ſorſan erit.* p. 707. *Menſibus o. m.* Ibid. *relicta.* p. 709. *Fautor amore.* p. 710. *Tandem cum læto.* p. 711. *cum Pappo.* p. 712. *de ſorti Monte.*

CATA-